



Universitätsbibliothek Paderborn

**IN PRIMVM MV=||SCVLI ANTICOCHLAEVM || Replica breuis
Iohannis Cohlæi, pro Sacerdotij & || Sacrificij nouæ legis
assertione.|| IN EPILOGO ADIECTA || est breuis responsio
in Antibolen Bullingeri.|| ...**

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadt, 1545

VD16 C 4331

Cochlaevs.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10167348-1

Appendix Ioan. Cochlaei.

æ quo pareant, nulla communia omnibus nec Ecclesiastica nec Civilia iudicia, Sed quis obstat, quo minus hæc restituantur: Nos sane ad omnem legittimam religionis constitutionem nostra studia offerrimus, uos hanc fugitis.

COCHLAEVS.

Sectæ cōtra
Ius utrungq;
rebelles.

Matth. 2.
Matth. 18.
Rom. 13.
Heb. 13.

Perpetua
Luth. cōtra
utrāq; potes
statem con-
tumacia.

Dic nobis Bucere, ubi aut quando unq; tanta fuerit in Romano Imperio turbatio quæ summum Tribunal sustulisset, sicut hoc sectarum uestrarum tempore factum est, si non est factum antea, qua uos facitis quæso authoritate: quo iure: quo Euangelio: Quis uobis potestatem dedit reīciendi Iustum Ciuite quæ Ecclesiasticum: At Christus in Euangelio suo confirmat utrungq;, Ciuale, dum ait, Date Cæsari quæ sunt Cæsar, Ecclesiasticum, ubi ait, si non audierit Ecclesiam. Similiter & Paulus, quando ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Item subiecti estote præpositis uestris. Ego itaq; Vuormaciæ, ante annos X X I I I . in faciem Lutheri respondi, dum que reret inter colloquendum, quid faciendum esset, Sta(dixi) alicui iudicio, dicebam id ex tempore, nihil adhuc suspicās de hac iudiciorum sublatione quæ secuta est. Putabam em Cæsaream Maiestatem seuere executuram esse suam tunc latam in Lutheri dogmata sententiam. Tametsi nondum erat nunc promulgatum, nesciit quidem edictum illud Vuormaciense.

Hinc ergo uestram agnosce contumaciam & rebellio- nem perpetuam. Neq; enim Cæsar neq; totum Imperium persuadere tunc pouit Luther, ut cause sue cognitionē Generali Cōcilio submittere uelit, Quod aut̄ potest esse maius aut sublimius iudiciū q̄ esse debet Concilij Generalis: Aut ubi

ubi potest haberi magis legitima religionis cōstitutio, quā
in Concilio generali: si papam uultis Conciliū iudicio su-
biectum esse, qua uos metipso rogo, authoritate supra eius
dem Conciliū authoritatem & iudicium extollitis: Aut
quod ius Ciuile concessit tibi homini Monastico uxorem
ducere Monialem professam:

BVCERVS.

AT dum de religione non fuerit inter nos recte consti- **IL**
tutum, quæ poterunt nobis esse communes leges: Si
nullæ communes leges, quæ iuditia, quæ pax aut tranqui-
litas:

COCHLAEVS.

VEra sunt hæc nimirum ô Bucere, & p̄ oculis, quæ et **Communes**
quotidiana experientia per annos iam XIX V I. ma- **leges & ius**
gno cum malo totius Germaniæ, atq; adeo totius Imperij, dicia omnis
immo & totius Christianitatis, nos docuit heu nimirum ue- **bus,**
ra esse, Atq; utinam adhuc liceat absq; ulteriore clade & cors-
porum & animarum alijs Nationibus de nobis uere dicere,
sero sapiunt phryges, Atqui ante Lutheri sectam fuerunt
uobis nobisq; communes leges, commune utrisque Impes-
rialis Camere Tribunal, commune item Romæ supremum
in causis Ecclesiasticis iudiciū. Dic ergo Bucere, quo uos
iure exemistis à communibus & imperij & Ecclesiæ legi-
bus atq; iudicijs:

BVCERVS:

QUamdiu enim uos decretum Vuormaciense, & Au^z III.
gustanum secuti, quibus constanter inhæretis has
bebitis nos ut hæreticos, ut perduelliones Imperij & Ec-
clesie hostes, Contra quam diu nos existimabimus reuera-

M 3 uos